



**Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

II. De Fratribus, qui non satis longè profiscuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](#)

3. Similiter à prima Dominica de Adventu inclu-  
siue, incipimus abstinere à lacticiniis, & secunda  
feria ieiunare, continuando usque ad festum sacra-  
tissime nativitatis Domini.

---

De Fratribus qui longè ab Oratorio laborant,  
aut in via sunt. CAP. L.

Fratres qui omnino longè sunt in labore,  
& non possunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpen-  
dit, quia ita est, agant ibidem opus Dei, ubi  
operantur, cum tremore Diuino flectentes  
genua. Similiter qui in itinere directi sunt  
non eos prætereant horæ constitutæ, sed ut  
possunt agant sibi, ut seruitutis pensum non  
negligant reddere.

I. ( FLECTENTES GENVA. ) Intelligimus, quā-  
do dicitur Pater noster & Collecta, temporibus qui-  
bus est ordinatum ab Ecclesia quod tunc dicentes  
Officium genuflectant.

---

De fratribus, qui non satis longè profi-  
ciscuntur CAP. LI.

Fratres qui pro quo quis responso profici-  
scuntur, & ea die sperant reuerti ad Mo-  
nasterium, non presumant foris manducare,  
etiam si à quo quis rogentur: nisi forte eis ab  
Abbate suo præcipiatur. Quod si aliter fe-  
cerint, excommunicentur.

---

H I. Non

I (NON PRÆSVANT FORIS MAN  
DVCARE.) Declarando ordinamus, quod nul  
lus nostra Congregatiouis quantumcumque roga  
tus præsumat manducare aut pernoctare in domi  
bus, possessionibus vel locis quibuslibet secularium,  
in Ciuitatibus aut locis in quibus habentur Mon  
asteria vel loca nostra, etiam si sit in itinere consti  
tus. Qui autem contrafecerit, comedat in terra  
Refectorio in pane & aqua, pro qualibet vice.

## De Oratorio Monaste: ij.

## CAPVT LII.

**O**RAROTIUM HOC SIT, QUOD DICITUR, NEC IB  
QUICQUAM ALIUD GERATUR, AUT CONDATU  
EXPLETO OPERE DEI. OMNES CUM SUMMO  
LENTIO EXEANT, & AGATUR REUERENTIA DEO:  
Frater qui fore sibi peculiariter vult orare  
non impediatur alterius improbitate. Sed  
alter vult sibi forte secretius orare, simplic  
iter intret & oret; non in clamosa voce, sed in  
lachrymis, & intentione cordis. Ergo qui si  
mille opus non facit, non permittatur explo  
to Opere Dei remorari in Oratorio, sicut di  
ctum est: ne alias impedimentum patiatur.

i. (EXPLETO OPERE DEI OMNI  
CVM SVMMO SILENTIO EXEANT  
Nisi qui remanere voluerint, vt Orationi vacet  
Nam si quis orare volens compelleretur exire,  
straheretur forte à deuotione, aut aliò diuertens  
rediret ad Orationem. Facimus tamen compi  
pere Dei, breuem morulam in Choro, vt Frat-

posse